

Forfatter: Helgesen, Poul

Titel: Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab

Citation: Helgesen, Poul: "Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab", i Helgesen, Poul: *Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab*, 1932-1948, s. 192. Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: <https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-helg06val2-shoot-idm140415583925072/facsimile.pdf> (tilgået 26. april 2024)

Anvendt udgave: Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab

[50 a] Quod opera aliquid valeant (contra illos qui totum fidei et illi soli tribuunt) subscriptis auctoritatibus probatur .

- Ad Ro . 2 . Qui redditurus est vnique iuxta facta sua his quidem qui per-
seuerantes in benefaciendo gloriam honorem et immortalitatem 5
querunt, vitam eternam, iis vero qui sunt contentiosi et qui veri-
tati quidem non obtemperant, sed obtemperant iniusticie, ventura
est indignatio et ira et afflictio et anxietas aduersus omnem ani-
mam hominis operantis malum
ibidem Non enim qui audiunt legem iusti sunt apud deum, sed qui legem 10
factis exprimunt iusti habebuntur.
ibidem Nam circumcisio quidem prodest si legem seruaueris Quod si
transgressor legis fueris Circumcisio tua in preputium versa est.
Actorum . x . Cornelius centurio vt habetur in actis . vidit angelum introeun- 15
tem ad se et dicentem sibi Orationes tue et eleemosyne tue as-
cenderunt in memoriam coram deo. Hic ergo vocari meruit ope-
ribus Si quidem orationes et eleemosyne opera sunt
2 Corinthi . Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi vt re-
ferat vnusquisque propria corporis prout gessit siue bonum siue 20
malum,
ij Corin .vi.B [50 b] Sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros
vt non vituperetur ministerium nostrum in multa paciencia in tri-
bulationibus in necessitatibus in angustiis, in plagis in carceribus
in sedicionibus in laboribus in vigiliis in ieiuniis, in castitate etc.
Ad Roma . 2 . Gloria vero et pax et honor omni operanti bonum Iudeo primum 25
et Greco
Ad Hebreos Non enim iniustus est deus vt obliuiscatur operis vestri et laboris
: 6 : ex charitate suscepti, quam exhibuistis erga nomen illius qui mi-
nistrastis sanctis et ministratis

[Nederste Halvdel af Siden og Blad 51-53 a ubeskrevne]

[53 b] Subiectis locis enumerat Paulus peccata que a
vita excludunt eterna

- Repleti omni iniusticia Scortacione · Versutia auaritia malicia · Ad Roma
pleni inuidia, cede, contencione, dolo, malis prediti moribus, su- . primo .
5 surrones · obtrectatores. Dei osores contumeliosi, elati, gloriosi,
excogitatores malorum, parentibus immo[r]igeri, expertes intelli-
gentie pactorum haudquaquam tenaces, alieni a charitatis affectu
Inscii federis immisericordes Qui cum dei iusticiam nouerint,
nempe quod hij qui talia faciunt · digni sunt morte, non solum ea
10 faciunt verum etiam assentiuntur ijs qui faciunt ·
Ne erretis · neque scortatores neque cultores simulachrorum · 1 Corinthi .
neque adulteri neque molles neque qui concubunt masculis, ne- vi.
que fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque ra-
paces, regni dei hereditatem accipient
15 Nunc autem scripsi vobis non commiseri Si is qui frater nomi- 1 . Corinthi
natur inter vos est fornicator aut auarus aut idolis seruiens aut 5^{to}.
maledicus, aut ebriosus aut rapax cum huiusmodi nec cibum su-
mere licet
[54 a] Manifesta sunt autem opera carnis que sunt fornicatio : Ad Gala .v.
20 immundicia : impudicitia : luxuria : idolorum seruitus : veneficia
: inimicitie contentiones emulationes : ire : rixe : dissensiones :
secte : inuidie homicidia ebrietates comessationes et his similia :
que predico vobis sicut predixi : quoniam qui talia agunt : regnum
dei non consequentur
25 Hoc enim scitote intelligentes, quod omnis fornicator aut immun- Ad Ephe .v.
dus aut auarus quod est idolorum seruitus non habet hereditatem
in regno Christi et dei ·
Mortificate ergo membra vestra terrestria. Stuprum · immundi- Ad Colos-
ciam · molliciem : concupiscenciam malam et auariciam que est senses 3^o
30 simulachrorum cultus, ob que venire solet ira dei in filios intrac-
tabiles, et infra
Nunc autem deponite et vos omnia iram indignacionem malici-
am maledicentiam turpiloquentiam ab ore vestro ne mentiamini
alius aduersus alium